

LATIN-ENGLISH PROPERS
FOR THE
TRADITIONAL LATIN MASS:
FOR SUNDAYS & MAJOR FEASTS

Part I (of V):

Advent

Christmastide

TABLE OF CONTENTS

<i>How These Booklets Work</i>	Inside Back Cover
<i>Propers of the Season:</i>	
First Sunday of Advent	p. 1
Second Sunday of Advent	p. 3
Third Sunday of Advent	p. 7
Fourth Sunday of Advent	p. 10
Christmas Mass #1 (Midnight)	p. 13
Christmas Mass #2 (Dawn)	p. 16
Christmas Mass #3	p. 20
Sunday within the Octave of Christmas	p. 24
January 1, Octave of Christmas (Circumcision)	p. 28
Holy Name of Jesus	p. 31
January 6, Epiphany of Our Lord	p. 34
Holy Family	p. 37
<i>Propers of the Saints:</i>	
December 8, Immaculate Conception of the BVM	p. 40

How These Booklets Work

The "Propers" contained in this booklet are the readings for Sundays and selected major feasts in the Extraordinary Form of the Latin Rite. The calendar for this Form is different from that of the Ordinary Form. The latter has three "cycles" for Sunday Propers, whereas the former has only one, which is repeated every year.

The "Propers of the Season" are those sets of readings which do not occur on the same calendar date every year, but are, instead, dependent upon the date of the fourth Sunday before Christmas (to begin the season of Advent) or upon the date of Easter. The only exception to this is the Christmas Season, which begins on December 25th every year. In these booklets the 66 seasonal propers are principally those of Sunday.

The "Propers of the Saints" are those sets of readings which recur on the same calendar date every year. For instance, the feast "Saints Peter and Paul, Apostles" recurs on June 29th every year. The feast "Christ the King" is also part of the "Propers of the Saints" because it always occurs on the last Sunday in October and is not dependent on another date. In these booklets there are 18 such propers, representing major feasts which are "pinned" to the calendar, usually on a weekday.

This booklet is one of five that are reusable every year. This is possible by varying the size of each booklet in such a way that the calendar spanned by each booklet minimizes the overlap of "Propers of the Saints" onto multiple "Propers of the Season." Where a particular feast's proper may occur in more than one season because it is near the movable seasonal boundary (like the "Annunciation of the BVM"), it will be duplicated in another booklet that contains the subsequent season. (There are only 3 of this type in the five-booklet set.)

Lastly, where a proper has a seasonal Preface that is appropriate to it (like Lent), or a proper has a specific Preface assigned to it (like "Christ the King"), that Preface is included in the proper itself. If no Preface appears in the readings, the Preface of the Most Holy Trinity (on Sundays) or the Common Preface (on weekdays) is said and these may be found on the last numbered page of any booklet in which they are needed.

PROPER OF THE SEASON

ADVENT:

FIRST SUNDAY OF ADVENT

MASS – Ad te levávi (Violet)

INTROIT Psalms 24: 1-3

Ad te levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam: neque irrideant me inimíci mei: étenim univérsi, qui te expéctant, non confundéntur. (Ps.24: 4) Vias tuas, Dómine, demónstra mihi: et sémitas tuas édoce me. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Ad te levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam: neque irrideant me inimíci mei: étenim univérsi, qui te expéctant, non confundéntur.

COLLECT

Excíta, quæsumus, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum perículis, te mereámur protegénte éripi, te liberánte salvári. Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Romans 13: 11-14

Fratres: Sciéntes, quia hora est jam nos de somno súrgere. Nunc enim própior est nostra salus, quam cum credídimus. Nox præcéssit, dies autem appropinquávit. Abjiciámus ergo ópera tenebrárum, et induámur arma lucis. Sicut in die honéste ambulémus: non in comessatió nibus et ebrietátibus, non in cubílibus et impudicítiis, non in contenti óne et æmulati óne: sed induímuni Dóminum Jesum Christum.

(This season begins the liturgical year and starts on the 4th Sunday before Christmas.)

To Thee have I lifted up my soul: in Thee, O my God, I put my trust, let me not be ashamed: neither let my enemies laugh at me: for none of them that wait on Thee shall be confounded. (Ps.24: 4) Show, O Lord, Thy ways to me: and teach me Thy paths. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. To Thee have I lifted up my soul: in Thee, O my God, I put my trust, let me not be ashamed: neither let my enemies laugh at me: for none of them that wait on Thee shall be confounded.

Stir up Thy power, we beseech Thee, O Lord, and come: that from the threatening dangers of our sins we may deserve to be rescued by Thy protection, and to be saved by Thy deliverance. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, knowing that it is now the hour for us to rise from sleep. For now our salvation is nearer than when we believed. The night is past and the day is at hand. Let us therefore cast off the works of darkness, and put on the armor of light. Let us walk honestly, as in the day: not in rioting and drunkenness, not in chambering and impurities, not in contention and envy: but put ye on the Lord Jesus Christ.

GRADUAL Psalms 24: 3, 4

Univérsi qui te exspéctant, non confundéntur, Dómine. Vias tuas, Dómine, notas fac mihi: et sémitas tuas édoce me

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam: et salutáre tuum da nobis. Allelúja.

GOSPEL Luke 21: 25-33

In illo témpore: Dixit Jesus discípuis suis: Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressúra géntium præ confusióne sónitus maris et flúctuum: arescéntibus homínibus præ tímóre et exspectatióne, quæ supervénient univérso orbi: nam virtútes cælórum movebúntur. Et tunc vidébunt Fílium hóminis veniéntem in nube cum potestáte magna, et majestáte. His autem fieri incipiéntibus, respícite, et leváte cápita vestra: quóniam appropínquat redéemptio vestra. Et dixit illis similitúdinem: Vidéte ficúlneam et omnes árbores: cum producunt jam ex se fructum, scitis quóniam prope est æstas. Ita et vos cum vidéritis hæc fieri, scitóte quóniam prope est regnum Dei. Amen dico vobis, quia non præteríbit generátio hæc, donec ómnia fiant. Cælum et terra transíbunt: verba autem mea non transíbunt.

OFFERTORY Psalms 24: 1-3

Ad te levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam: neque irrídeant me inimíci mei: étenim univérsi, qui te exspéctant, non confundéntur.

SECRET

Hæc sacra nos, Dómine, poténti virtúte

All they that wait on Thee shall not be confounded, O Lord. Show, O Lord, Thy ways to me: and teach me Thy paths.

Alleluia, alleluia. Show us, O Lord, Thy mercy: and grant us Thy salvation. Alleluia.

At that time Jesus said to His disciples: There shall be signs in the sun, and in the moon, and in the stars; and upon the earth distress of nations, by reason of the confusion of the roaring of the sea and of the waves: men withering away for fear and expectations of what shall come upon the whole world. For the powers of heaven shall be moved. And then they shall see the Son of Man coming in a cloud with great power and majesty. But when these things begin to come to pass, look up and lift up your heads, because your redemption is at hand. And He spoke to them a similitude: See the fig tree and all the trees: when they now shoot forth their fruit, you know that summer is nigh. So you also, when you shall see these things come to pass, know that the kingdom of God is at hand. Amen, I say to you, this generation shall not pass away till all things be fulfilled. Heaven and earth shall pass away: but My words shall not pass away.

To Thee have I lifted up my soul: in Thee, O my God, I put my trust, let me not be ashamed: neither let my enemies laugh at me: for none of them that wait on Thee shall be confounded.

May these holy mysteries, O Lord,

PREFACE OF THE IMMACULATE CONCEPTION

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus. Et te in solemnitate immaculátæ conceptiõnis beátæ Maríæ semper vírginis collaudáre, benedícere, et prædicáre. Quæ et Unigénitum tuum Sancti Spíritus obumbratióne concépit: et virginitátis glória permanénte, lumen ætérnum mundo effúdit, Jesum Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítte júbeas, deprecámur, súplici confessiõe dicétes:

COMMUNION

Gloriósá dicta sunt de te, María: quia fecit tibi magna qui potens est.

POSTCOMMUNION

Sacramenta quæ súmpsimus, Dómine Deus noster: illíus in nobis culpæ vúlnera réparent: a qua immaculátam beátæ Maríæ Conceptionem singuláriter præservásti. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

It it truly meet and just, right and for our salvation, that we always and everywhere give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: and that we should praise and bless, and proclaim Thee, in the Immaculate Conception of the Blessed Mary, ever-Virgin: Who also conceived Thine only-begotten Son by the overshadowing of the Holy Spirit, and the glory of her virginity still abiding, gave forth to the world the everlasting Light, Jesus Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy Majesty, the Dominations adore it, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be joined in acknowledging Thee saying:

Glorious things are told of thee, O Mary, for He Who is mighty has done great things unto thee.

May the Sacraments which we have received, O Lord, our God, heal in us the wounds of that sin, from which Thou didst alone preserve the Immaculate Conception of Blessed Mary. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

GRADUAL Judith 13: 23

Benedícta es tu, Virgo María, a Dómino Deo excélso, præ omnibus muliéribus super terram. (Judith 15:10) Tu glória, Jerúsalem, tu lætítia Isræel, tu honorificéntia pópuli nostri.

LESSER ALLELUIA**Song of Solomon 4: 7**

Allelúja, allelúja. Tota pulchra es, María, et mácula originális non est in te. Allelúja.

GOSPEL Luke 1: 26-28

In illo témpore: Missus est Ángelus Gábriel a Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Náza-reth, ad Vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de dómo David et nomen Vírginis María. Et ingræssus Ángelus ad eam dixit: Ave, grátia plena: Dóminus tecum: benédic-ta tu in muliéribus.

OFFERTORY Luke 1: 28

Ave, María, gratia plena: Dóminus tecum: benédic-ta tu in muliéribus, allelúja.

SECRET

Salutárem hóstiam, quam in solemnitate Immaculátæ Conceptionis beátæ Vírginis Maríæ tibi, Dómine, offérimus, súscipe et præsta: ut, sicut illam tua grátia præveniénte ab omni labe immúnem profitémur; ita ejus intercessióne a culpis ómnibus liberémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

daily at my gates, and waiteth at the posts of my doors. He that shall find me, shall find life, and shall have salvation from the Lord.

Blessed art thou, O Virgin Mary, by the Lord the most high God, above all women upon the earth. (Judith 15:10) Thou art the glory of Jerusalem, thou art the joy of Israel, thou art the honor of our people.

Alleluia, alleluia. Thou art all fair, O Mary, and there is in thee no stain of original sin.

At that time: the Angel Gabriel was sent from God into a city of Galilee, called Nazareth, to a virgin espoused to a man whose name was Joseph, of the house of David: and the virgin's name was Mary. And the Angel being come in, said unto her: Hail, full of grace, the Lord is with thee: blessed art thou among women.

Hail Mary, full of grace; the Lord is with thee: blessed art thou among women, alleluia.

Receive the saving Victim we offer to Thee, O Lord, on the solemn feast of the Immaculate Conception of the Blessed Virgin Mary: and grant that, as we confess that by Thy preventing grace she was kept free from every stain of sin; so, by her intercession, we may be delivered from all our offenses. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

mundátos, ad suum fáciant purióres veníre princípium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF ADVENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum. Quem pérdito hómínium géneri Salvatórem miséricors et fidélis promisisti: cujus véritas instrúeret inscios, sánctitas justificáret ímpios, virtus adjuváret infírmos. Dum ergo prope est ut véniat quem missúrus es, et dies affúlget liberatiónis nostræ, in hac promissiónum tuárum fide, piis gáudiis exsultámus. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió-nibus, cumque omni militia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

COMMUNION Psalms 84: 13

Dóminus dabit benignitátem: et terra nostra dabit fructum suum.

POSTCOMMUNION

Suscipiámus, Dómine, misericórdiam tuam in médio templi tui: ut reparatiónis nostræ ventúra solémnia cóngruis honóribus præcedámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

cleanse us by their powerful virtue and make us to come with greater purity to Him Who is their source. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and places give thanks unto Thee, O holy Lord, almighty Father, eternal God, through Christ our Lord; for in Thy mercy and fidelity Thou hast promised Him as Savior to the lost race of men, to instruct the ignorant with His truth, justify the wicked with His holiness, and help the weak by His power. Now that the time draweth nigh that He Whom Thou art to send should come, and the day of our liberation should dawn, with faith in Thy promises, we rejoice with holy exultation. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing a hymn of Thy glory, evermore saying:

The Lord will give goodness: and our earth shall yield her fruit.

May we receive, O Lord, Thy mercy in the midst of Thy temple, that we may prepare with due honor for the approaching feast of our redemption. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

SECOND SUNDAY OF ADVENT

Mass *Pópulus Sion* (violet)

INTROIT Isaiah 30: 30

Pópulus Sion, ecce Dóminus véniet ad salvándas gentes: et audítam fáciat Dóminus glóriam vocis suæ in lætítia cordis vestri. (Ps. 79: 2) Qui regis Israëil, inténde: qui dedúcis, velut ovem, Joseph. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Pópulus Sion, ecce Dóminus véniet ad salvándas gentes: et audítam fáciat Dóminus glóriam vocis suæ in lætítia cordis vestri.

COLLECT

Éxcita, Dómine, corda nostra ad præparándas Unigéniti tui vias: ut per ejus adventum, purificátis tibi méntibus servíre mereámur. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Romans 15: 4-13

Fratres: Quæcúmque scripta sunt, ad nostram doctrínam scripta sunt: ut per patiéntiam et consolatiónem Scripturárum, spem habeámus. Deus autem patiéntiæ et solátii, det vobis idípsum sápere in altéruum secúndum Jesum Christum: ut unánimes, uno ore honorificétis Deum et Patrem Dómini nostri Jesu Christi. Propter quod suscípíte ínvicem, sicut et Christus suscepit vos in honórem Dei. Dico enim Christum Jesum minístrum fuisse circumcisiónis propter veritátem Dei, ad confirmándas promissiónes patrum: gentes autem super misericórdia honoráre Deum, sicut scriptum est: Proptérea confitébor tibi in géntibus, Dómine, et nómini tuo cantábo. Et

People of Sion, behold the Lord shall come to save the nations: and the Lord shall make the glory of His voice to be heard, in the joy of your heart. (Ps. 79: 2) Give ear, O Thou that rules Israel: Thou that leads Joseph like a sheep. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. People of Sion, behold the Lord shall come to save the nations: and the Lord shall make the glory of His voice to be heard, in the joy of your heart.

Stir up our hearts, O Lord, to prepare the way of Thine only-begotten Son: that through His coming we may attain to serve Thee with purified minds. Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, What things soever were written, were written for our learning: that, through patience and the comfort of the Scriptures, we might have hope. Now the God of patience and of comfort grant you to be of one mind according to Jesus Christ, that with one mind and one mouth you may glorify the God and Father of our Lord Jesus Christ. Wherefore receive one another, as Christ also hath received you unto the honor of God. For I say that Christ Jesus was minister of the circumcision for the truth of God, to confirm the promises made unto the fathers: but that the Gentiles are to glorify God for His mercy, as it is written: Therefore will I confess to Thee, O Lord, among the

COLLECT

Deus, qui per immaculátam Vírginis Conceptionem dignum Fílio tuo habitáculum præparásti: quæsumus, ut, qui ex morte ejúsdem Fílii tui prævísa, eam ab omni labe præservásti, nos quoque mundos ejus intercessióne ad te pervenire concédas. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Proverbs 8: 22-35

Dóminus possédit me in ínitio víarum suárum, ántequam quidquam fáceret a princípío. Ab ætérno ordináta sum, et ex antíquis, ántequam terra fieret. Nondum erant abyssi, et ego jam concépta eram: necdum fontes aquárum erúperant: necdum montes gravi mole constíterant: ante colles ego parturiébar: adhuc terram non fécerat, et flúmina et cárdines orbis terræ. Quando præparábat cælos, áderam: quando certa lege, et gyro vallábat abyssos: quando æthera firmábat sursum, et librábat fontes aquárum: quando circúmdabat mari términum suum, et legem ponébat aquis, ne transírent fines suos: quando appendébat fundaménta terræ. Cum eo eram cuncta compónens: et delectábar per síngulos dies, ludens coram eo omni témpore: ludens in orbe terrárum: et delíciæ meæ esse cum fíliis hóminum. Nunc ergo, filii, audíte me: Beáti, qui custódiunt vias meas. Audíte disciplínam, et estóte sapiéntes, et nolíte abjícere eam. Beátus homo, qui audit me, et qui vígilat ad fores meas quotídie, et obsérvat ad postes óstii mei. Qui me invénerit, invéniet vitam, et háuriet salútem a Dómino.

O God, Who, by the Immaculate Conception of the Virgin, didst prepare a worthy dwelling-place for Thy Son: we beseech Thee, that as by the foreseen death of the same Thy Son, Thou didst preserve her from all stain, so Thou wouldst grant unto us also, through her intercession, to come unto Thee with clean hearts. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

The Lord possessed me in the beginning of His ways, before He made anything, from the beginning. I was set up from eternity, and of old, before the earth was made. The depths were not as yet, and I was already conceived; neither had the fountains of waters as yet sprung out; the mountains with their huge bulk had not as yet been established: before the hills I was brought forth; He had not yet made the earth, nor the rivers, nor the poles of the world. When He prepared the heavens, I was there; when with a certain law and compass He enclosed the depths; when He established the sky above, and poised the fountains of waters; when He compassed the sea with its bounds, and set a law to the waters that they should not pass their limits; when He balanced the foundations of the earth; I was with Him, forming all things, and was delighted every day, playing before Him at all times, playing in the world: and my delight is to be with the children of men. Now therefore, ye children, hear me: blessed are they that keep my ways. Hear instruction, and be wise, and refuse it not. Blessed is the man that heareth me, and that watcheth

omni milítia cæléstis exércitus,
hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine
dicéntes:

COMMUNION Luke 2: 51

Descéndit Jesus cum eis, et venit
Názareth, et erat súbditus illis.

POSTCOMMUNION

Tuos cæléstibus réficis sacraméntis,
fac, Dómine Jesu, sanctæ Famíliæ
tuæ exémpa júgiter imitári: ut in hora
mortis nostræ, occurrénte gloriósa
VírGINE Matre tua cum beáto Joseph;
per te in ætéRNA tabernácula récipi
mereámur: Qui vivis et regnas, cum
Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti,
Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PROPER OF THE SAINTS

**DECEMBER 8, IMMACULATE
CONCEPTION OF THE BVM**
MASS *Gaudens gaudébo* (gold)

INTROIT Isaiah 61: 10

Gaudens gaudébo in Dómino, et
exsultábit ánima mea in Deo meo: quia
índuit me vestiméntis salútis: et
induménto justítiae circúmdedit me,
quasi sponsam ornátam monílibus suis.
(Ps. 29: 2) Exaltábo te, Dómine,
quóniam suscepísti me: nec delectásti
inimícos meos super me. Glória Patri
et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in
príncipio, et nunc, et semper, et in
sæcula sæculórum. Amen. Gaudens
gaudébo in Dómino, et exsultábit ánima
mea in Deo meo: quia índuit me
vestiméntis salútis: et induménto
justítiae circúmdedit me, quasi sponsam
ornátam monílibus suis.

and Archangels, with Thrones and
Dominations, and with all the hosts of
the heavenly army, we sing the hymn of
Thy glory, evermore saying:

Jesus went down with them and came
to Nazareth, and was subject to them.

Make us, O Lord Jesus, whom Thou
dost refresh with heavenly sacraments,
ever to follow the example of Thy Holy
Family: that in the hour of our death,
the glorious Virgin Thy Mother with
blessed Joseph may come to our aid,
and we may be found worthy to be
received by Thee into everlasting
tabernacles. Who lives and reigns, with
God the Father, in the unity of the Holy
Spirit, God, forever and ever.

*(If this feast falls on a Sunday, the
Second Sunday of Advent is
commemorated, if on a weekday, the
Advent feria is commemorated.)*

I will greatly rejoice in the Lord, and my
soul shall be joyful in my God: for He
hath clothed me with the garments of
salvation, and with the robe of justice
He hath covered me, as a bride
adorned with her jewels. (Ps. 29: 2) I
will extol Thee, O Lord, for Thou hast
upheld me: and hast not made my
enemies to rejoice over me. Glory be
to the Father, and to the Son, and to
the Holy Spirit, as it was in the
beginning, is now, and ever shall be,
world without end. Amen. I will greatly
rejoice in the Lord, and my soul shall
be joyful in my God: for He hath clothed
me with the garments of salvation, and
with the robe of justice He hath covered
me, as a bride adorned with her jewels.

íterum dicit: Lætámini, gentes, cum
plebe ejus. Et íterum: Laudáte omnes
gentes Dóminum: et magnificáte eum
omnes pópuli. Et rursus Isaías ait: Erit
radix Jesse, et qui exsúrget régere
gentes, in eum gentes sperábunt. Deus
autem spei répleat vos omni gáudio et
pace in credéndo: ut abundétis in spe,
et virtúte Spíritus Sancti.

GRADUAL Psalms 49: 2, 3, 5

Ex Sion spécies decóris ejus: Deus
manífeste véniet. Congregáte illi
sanctos ejus, qui ordináverunt
testaméntum ejus super sacrificia.

LESSER ALLELUIA Psalms 121: 1

Allelúja, allelúja. Lætátus sum
in his, quæ dicta sunt mihi: in
domum Dómini íbimus. Allelúja.

GOSPEL Matthew 11: 2-10

In illo témpore: Cum audísset Joánes
in vínculis ópera Christi, mittens duos
de discípulis suis, ait illi: Tu es, qui
ventúrus es, an álium exspectámus? Et
respóndens Jesus, ait illis: Eúntes
renuntiáte Joánni quæ audístis, et
vidístis. Cæci vident, claudi ámbulant,
leprósi mundántur, surdi áudiunt, mórtui
resúrgunt, páuperes evangelizántur: et
beátus est, qui non fúerit scandalizátus
in me. Illis autem abeúntibus, cœpit
Jesus dícere ad turbas de Joánnē:
Quid existis in desértum vidére?
arúndinem vento agitátam? Sed quid
existis vidére? hóminem móllibus
vestítum? Ecce qui móllibus vestiúntur,
in dómibus regum sunt. Sed quid
existis vidére? prophétam? Étiam dico
vobis, et plus quam prophétam. Hic est
enim, de quo scriptum est: Ecce ego
mitto Ángelum meum ante fáciem
tuam, qui præparábit viam tuam ante

Gentiles, and will sing to Thy Name.
And again He saith: Rejoice, ye
Gentiles, with His people. And again:
Praise the Lord, all ye Gentiles, and
magnify Him, all ye people. And again,
Isaias saith: There shall be a root of
Jesse; and He that shall rise up to rule
the Gentiles, in Him the Gentiles shall
hope. Now the God of hope fill you with
all joy and peace in believing: that you
may abound in hope, and in the power
of the Holy Spirit.

Out of Sion, the loveliness of His
beauty: God shall come manifestly.
Gather ye together His Saints to Him,
who have set His covenant before
sacrifices.

Alleluia, alleluia. I rejoiced at the things
that were said to me: We shall go unto
the house of the Lord. Alleluia.

At that time, when John had heard in
prison the works of Christ, sending two
of his disciples, he said to Him: Art thou
He that art to come, or look we for
another? And Jesus, making answer,
said to them: Go and relate to John
what you have heard and seen. The
blind see, the lame walk, the lepers are
cleansed, the deaf hear, the dead rise
again, the poor have the gospel
preached to them: and blessed is he
that shall not be scandalized in Me.
And when they went their way, Jesus
began to say to the multitudes
concerning John: What went you out
into the desert to see? A reed shaken
with the wind? But what went you out to
see? A man clothed in soft garments?
Behold they that are clothed in soft
garments are in the houses of kings.
But what went you out to see? A
prophet? Yea I tell you, and more than

te.

OFFERTORY Psalms 84: 7, 8

Deus, tu convérsus vivificábis nos, et plebs tua lætábitur in te: osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis.

SECRET

Placáre, quæsumus, Dómine, humilitátis nostræ précibus et hóstiis: et ubi nulla súppetunt suffrágia meritórum, tuis nobis succúrre præsídiis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF ADVENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum. Quem pérdito hóminum géneri Salvatórem miséricors et fidélis promisisti: cujus véritas instrúeret íncios, sánctitas justificáret ímpios, virtus adjuváret infírmos. Dum ergo prope est ut véniat quem missúrus es, et dies affúlget liberatiónis nostræ, in hac promissiónum tuárum fide, piis gáudiis exsultámus. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus, cumque omni militia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicétes:

COMMUNION Baruch 5: 5; 4: 36

Jerúsalem, surge, et sta in excélsó, et vide jucunditátem, quæ véniet tibi a Deo tuo.

a prophet. For this is he of whom it is written: Behold, I send my Angel before Thy face, who shall prepare Thy way before Thee.

Thou wilt turn, O God, and bring us to life, and Thy people shall rejoice in Thee: show us, O Lord, Thy mercy, and grant us Thy salvation.

Be appeased, we beseech Thee, O Lord, by the prayers and sacrifices of our humility: and where no pleadings of merit suffice, do Thou, by Thine aid, assist us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who with Thee lives and reigns in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and places give thanks unto Thee, O holy Lord, almighty Father, eternal God, through Christ our Lord; for in Thy mercy and fidelity Thou hast promised Him as Savior to the lost race of men, to instruct the ignorant with His truth, justify the wicked with His holiness, and help the weak by His power. Now that the time draweth nigh that He Whom Thou art to send should come, and the day of our liberation should dawn, with faith in Thy promises, we rejoice with holy exultation. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing a hymn of Thy glory, evermore saying:

Arise, O Jerusalem, and stand on high, and behold the joy that cometh to thee from Thy God.

in Jerúsalem, requirétes eum. Et factum est, post tríduum invenérunt illum in templo sedéntem in médio doctórum, audiéntem illos et interrogántem eos. Stupébant autem omnes, qui eum audiébant, super prudéntia et respónsis ejus. Et vidétes admiráti sunt. Et dixit Mater ejus ad illum: Fili, quid fecísti nobis sic? Ecce, pater tuus et ego dolétes quærebámus te. Et ait ad illos: Quid est quod me quærebátis? Nesciebátis quia in his, quæ Patris mei sunt, opórtet me esse? Et ipsi non intellexérunt verbum, quod locútus est ad eos. Et descendit cum eis, et venit Názareth: et erat súbditus illis. Et Mater ejus conservábat ómnia verba hæc in corde suo. Et Jesus proficiébat sapiéntia, et ætáte, et grátia apud Deum et hómines.

OFFERTORY Luke 2: 22

Tulé runt Jesum parétes ejus in Jerúsalem, ut sísterent eum Dómino.

SECRET

Placatiónis hóstiam offérimus tibi, Dómine, suppliciter deprecantes: ut, per intercessiónem Deiparæ Vírginis cum beáto Joseph, famílias nostras in pace et grátia tua fírmiter constítuas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE EPIPHANY

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Quia cum Unigénitus tuus in substántia nostræ mortalitátis appáruit, nova nos immortalitátis suæ luce reparávit. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus, cumque

Him. And it came to pass that after three days they found Him in the Temple, sitting in the midst of the doctors, hearing them and asking them questions. And all that heard Him were astonished at His wisdom and His answers. And seeing Him they wondered. And His Mother said to Him: Son, why hast Thou done so to us? Behold Thy father and I have sought Thee sorrowing. And He said to them: how is it that you sought Me? Did you not know that I must be about My Father's business? And they understood not the word that He spoke unto them. And he went down with them and came to Nazareth, and was subject to them. And His Mother kept all these words in her heart. And Jesus advanced in wisdom and age and grace with God and men.

The parents of Jesus carried Him to Jerusalem, to present Him to the Lord.

We offer unto Thee, O Lord, this propitiatory Sacrifice, humbly entreating Thee: that through the intercession of the Virgin Mother of God, with blessed Joseph, Thou wouldst firmly establish our families in Thy peace and grace. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God; for when Thine only-begotten Son was manifested in the substance of our mortal flesh, with the new light of His own Immortality He restored us. And therefore with Angels

sancti et dilēcti, viscera misericordiāe, benignitatem, humilitatem, modēstiam, patiēntiam: supportāntes invicem, et donāntes vobismetipsis, si quis advērsus aliquem habet querēlam: sicut et Dōminus donāvit vobis, ita et vos. Super ōmnia autem hēc, caritatem habēte, quod est vīnculum perfectiōnis: et pax Christi exsūltet in cōrdibus vestris, in qua et vocāti estis in uno cōrpore: et grati estōte. Verbum Christi hābitet in vobis abundānter, in omni sapiēntia, docēntes et commonēntes vosmetipsos, psalmis, hymnis et cānticis spirituālibus, in grātia cantāntes in cōrdibus vestris Deo. Omne quodcūmque fācitis in verbo aut in ōpere, ōmnia in nōmine Dōmini Jesu Christi, grātias agēntes Deo et Patri per ipsum.

GRADUAL Psalms 26: 4; 83: 5

Unam pētīi a Dōmino, hanc requīram: ut inhābitem in domo Dōmini ōmnibus diēbus vitæ meæ. (Ps. 83: 5.) Beāti, qui hābitant in domo tua, Dōmine: in sēcūla sēcūlōrum laudābunt te.

LESSER ALLELUIA Isaiah 45: 15

Allelūja, allelūja, Vere tu es Rex absconditus, Deus Israēl Salvātor. Allelūja.

GOSPEL Luke 2: 42-52

Cum factus esset Jesus annōrum duōdecim, ascendēntibus illis Jerosōlymam secūndum consuetūdinem diēi festi, consummatisque diēbus, cum redīrent, remānsit puer Jesus in Jerūsalem, et non cognovērunt parēntes ejus. Existimāntes autem illum esse in comitātu, venērunt iter diēi, et requirēbant eum inter cognātos et notos. Et non inveniēntes, regrēssi sunt

elect of God, holy and beloved, the bowels of mercy, benignity, humility, modesty, patience: bearing with one another and forgiving one another: even as the Lord hath forgiven you, so do you also. But above all these things have charity, which is the bond of perfection: and let the peace of Christ rejoice in your hearts, wherein also you are called in one body: and be ye thankful. Let the word of Christ dwell in you abundantly, in all wisdom, teaching and admonishing one another in psalms, hymns and spiritual canticles, singing in grace in your hearts to God. All whatsoever you do in word or in work, do all in the name of the Lord Jesus Christ, giving thanks to God and the Father by Jesus Christ our Lord.

One thing I have asked of the Lord, this will I seek after: that I may dwell in the house of the Lord all the days of my life. (Ps. 83: 5) Blessed are they that dwell in Thy house, O Lord, they shall praise Thee for ever and ever.

Alleluia, alleluia. Verily Thou art a hidden King, the God of Israel, the Savior. Alleluia.

When Jesus was twelve years old, they going up into Jerusalem according to the custom of the feast, and having fulfilled the days, when they returned, the Child Jesus remained in Jerusalem, and His parents knew it not. And thinking that He was in the company, they came a day's journey, and sought Him among their kinsfolk and acquaintances. And not finding Him, they returned into Jerusalem, seeking

POSTCOMMUNION

Repleti cibo spirituālis alimōniāe, sūpplices te, Dōmine, deprecāmur: ut hujus participatiōne mystērii, dōceas nos terrēna despīcere et amāre cælēstia. Per Dōminum nostrum Jesum Christum, Fīlium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per ōmnia sēcūla sēcūlōrum.

THIRD SUNDAY OF ADVENT

Mass *Gaudēte* (rose)

INTROIT Philippians 4: 4-6

Gaudēte in Dōmino semper: iterum dico, gaudēte. Modēstia vestra nota sit ōmnibus homīnibus: Dōminus enim prope est. Nihil sollīciti sitis: sed in omni oratiōne petitiōnes vestræ innotēscant apud Deum. (Ps. 84: 2) Benedixīsti, Dōmine, terram tuam: avertīsti captivitatem Jacob. Glōria Patri et Fīlio et Spirītui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sēcūla sēcūlōrum. Amen. Gaudēte in Dōmino semper: iterum dico, gaudēte. Modēstia vestra nota sit ōmnibus homīnibus: Dōminus enim prope est. Nihil sollīciti sitis: sed in omni oratiōne petitiōnes vestra innotēscant apud Deum.

COLLECT

Aurem tuam, quæsumus, Dōmine, precibus nostris accōmmoda: et mentis nostræ tēnebras, grātia tuæ visitatiōnis illūstra: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti, Deus, per ōmnia sēcūla sēcūlōrum.

EPISTLE Philippians 4: 4-7

Fratres, Gaudēte in Dōmino semper: iterum dico, gaudēte. Modēstia vestra nota sit ōmnibus homīnibus: Dōminus

Filled with the food of spiritual nourishment, we humbly entreat Thee, O Lord, that by our partaking of this Mystery, Thou wouldst teach us to despise the things of earth, and to love those of heaven. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

(This is one of only two Sundays when rose vestments may be worn.)

Rejoice in the Lord always: again I say, rejoice. Let your modesty be known to all men: for the Lord is nigh. Be nothing solicitous: but in everything by prayer let your petitions be made known to God. (Ps. 84: 2) Lord, Thou hast blessed Thy land: Thou hast turned away the captivity of Jacob. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Rejoice in the Lord always: again I say, rejoice. Let your modesty be known to all men: for the Lord is nigh. Be nothing solicitous: but in everything by prayer let your petitions be made known to God.

Incline Thine ear, we beseech Thee, O Lord, to our petitions: and, by the grace of Thy visitation, enlighten the darkness of our minds. Who lives and reigns, with God the Father, in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, Rejoice in the Lord always: again I say, rejoice. Let your modesty be known to all men: The Lord is nigh.

prope est. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratióne, et obsecratióne, cum gratiárum actióne, petitiónes vestræ innotéscant apud Deum. Et pax Dei, quæ exsúperat omnem sensum, custódiat corda vestra, et intelligéncias vestras, in Christo Jesu Dómino nostro.

GRADUAL Psalms 79: 2, 3

Qui sedes, Dómine, super Chérubim, éxcita poténtiam tuam et veni. Qui regis Israél, inténde: Qui dedúcis velut ovem Joseph.

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. Excíta Dómine poténtiam tuam, et veni, ut salvos fácias nos. Allelúja.

GOSPEL John 1: 19-28

In illo témpore: Misérunt Judæi ab Jerosólymis sacerdótes et levítas ad Joánnem ut interrogárent eum: Tu quis es? Et conféssus est, et non negávit, et conféssus est: Quia non sum ego Christus. Et interrogavérunt eum: Quid ergo? Elías es tu? Et dixit: Non sum. Prophéta es tu? Et respóndit: Non. Dixérunt ergo ei: Quis es, ut respónsum demus his qui misérunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait: Ego vox clamántis in desérto: Dirígite viam Dómini, sicut dixit Isaias prophéta. Et qui missi fúerant erant ex pharisæis. Et interrogavérunt eum, et dixerunt ei: Quid ergo baptízas, si tu non es Christus, neque Elías, neque prophéta? Respóndit eis Joánnes, dicens: Ego baptízo in aqua: médius autem vestrum stetit, quem vos nescítis. Ipse est, qui post me ventúrus est: qui ante me factus est cujus ego non sum dignus ut solvam ejus corrígiam calceaménti. Hæc in Bethánia facta sunt trans Jordánem, ubi erat Joánnes baptízans.

Be nothing solicitous: but in everything, by prayer and supplication, with thanksgiving, let your petitions be made known to God. And the peace of God, which surpasses all understanding, keep your hearts and minds in Christ Jesus our Lord.

Thou, O Lord, that sits upon the Cherubim, stir up Thy might and come. Give ear, O Thou that rules Israel: that leads Joseph like a sheep.

Alleluia, alleluia. Stir up, O Lord, Thy might, and come to save us. Alleluia.

At that time the Jews sent from Jerusalem priests and levites to John, to ask him: Who art thou? And he confessed: I am not the Christ. And they asked him: What then? Art thou Elias? And he said: I am not. Art thou the Prophet? And he answered: No. They said therefore unto him: Who art thou, that we may give an answer to them that sent us? He said: I am the voice of one crying in the wilderness, Make straight the way of the Lord, as said the Prophet Isaias. And they that were sent were of the Pharisees. And they asked him, and said to him: Why then dost thou baptize, if thou be not Christ, nor Elias, nor the Prophet? John answered them, saying: I baptize with water: but there hath stood one in the midst of you, whom you know not. The same is He that shall come after me, who is preferred before me: the latchet of whose shoe I am not worthy to loose. These things were done in Bethania, beyond the Jordan, where John was baptizing.

COMMUNION Matthew 2: 2

Vídimus stellam ejus in Oriénte, et vénimus cum munéribus adoráre Dóminum.

POSTCOMMUNION

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut quæ solémni celebrámus officio, purificátæ mentis intelligéncia consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

HOLY FAMILY

Mass *Exsúltat gáudio* (white)

INTROIT Proverbs 23: 24-25

Exsúltat gáudio pater justí, gáudeat Pater tuus et Mater tua, et exsúltet quæ génuít te. (Ps. 83: 2-3) Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum! concupíscit et déficit ánima mea in átria Dómini. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Exsúltat gáudio pater justí, gáudeat Pater tuus et Mater tua, et exsúltet quæ génuít te.

COLLECT

Dómine Jesu Christe, qui Maríæ et Joseph súbditus, domésticam vitam ineffabílibus virtútibus consecrásti: fac nos, utriúsque auxílio, Familiæ sanctæ tuæ exémpis ínstrui; et consórtium cónsequi sempitérnum: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Colossians 3: 12-17

Fratres: Indúite vos sicut elécti Dei,

